



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 2. Quanto periculo illi resistatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

Quanto periculo illi resistatur.

SI proinde accidat ut Dei quis ordinem
 Sturbare ausus divinæ sese Providentia
 dispositioni opponat, viam ingressus ab
 non monstratam, electisque mediis quæ
 non potius alijque Dei hostes suggererent
 nonne hujusmodi homo aditum sibi ad Cæ-
 lum ipse intercludit? Nonne abrumpit li-
 culos Adæ, vincula caritatis, quibus
 Deus ad se pertrahere cogitabat? Nonne
 Etâ acclivi ad cœlestem gloriam sibi delin-
 tam semitâ, præceps ruit in abyssum igne-
 niæ & damnationis æternæ? Hoc veteres
 quotiescumque non jam exquirimus, sed
 voluntatem ejusque sancta consulimus pro-
 cepta cum Prophetâ regio, qui ait: *Et con-
 siliū meum justificationes tuæ.* psal. 118. qui
 dicat: in omnibus consilijs publicis ac privatis,
 in omni mea scientia, in omni sapientia
 in omnibus actionibus o Deus tuis in
 mandatis pro regulâ cogitationum ac
 numque mearum. Cum hoc igitur sapientis-
 simo Rege quoties non adhibemus hos
 filiaros, sed passiones cupiditatesque nos
 velut oracula quædam audimus, illasque
 quimur velut duces viarum peritissimas

quibus videmur nescio quam tribuere divinitatem, quando suggestiones illarum atque impulsus sanctissimis Dei Domini nostri legibus atque inspirationibus præferimus, aberramus sine dubio à vijs Dei. Atque hæc est prima deviatio quâ mortales manifestè deserunt vias Domini rectas & sponte præcipientes abeunt in præsentissimam sui ruinaam. Tametsi enim divina bonitas, ut verum fatear, non deneget nobis suam gratiam & concursum nostræ negotio salutis necessarium; nostro tamen loquendi concipiendique modo, non obligatur Deus suam præbere manum, viresque sufficere nobis ad sublevandum onus quod nostris ipse humeris non imposuit, nec per viam, ad quam nec vocavit nos nec destinavit, deducere tenetur. Nos verò quo poterimus animo in angustiis in quas nostræ nos cupiditates cõjecerunt, ejus postulare auxilium, qua fiduciâ ejus opẽ implorare in ijs molestijs, difficultatibus, ac periculis quibus ultro nos exposuimus susceptâ contra ejus voluntatem occupatione ut nostræ faceremus satis, vel ambitioni vel iræ vel amori proprio, alijsque inordinatis indulgeremus passionibus, quarum nos dominationi ac império maluimus quàm paternæ Dei Providentiæ regendos subicere?

Quid

Quid si nihilominus in huiusmodi occasibus eum invocemus, nonne jure merito rest nos remittere ad eos, quorum secutio filium & persuasione inducti difficiles ac periculosas vias sumus ingressi?

§: III.

Huiusmodi periculi probatio.

Hoc ipsum vivis expressit coloribus Jeremias Propheta occasione similis pietatis atque infidelitatis, quæ contra raelitæ quotidie contra Dei peccarent videntiam, eum nihilominus non dubitavit invocare in minimis etiam, quæ ipsis conturbabant, adversis. *Verterunt, inquit, ad me, & non faciem, & in tempore afflictionis sue dicent: surge & libera nos* Jer. 2. Quæcunque dicit Deus per Prophetam: spero me, neque in Deo posuerunt fiduciam suam, tamen simul ac se calamitatibus involutos vident, confugiunt ad me magnis clamoribus. Deus in adiutorium nostrum intende liberandum nos festina. At quid respondet Deus? *Vbi sunt Dij tui quos fecisti tibi? & liberent te in tempore afflictionis tue* Deut. 32. *Vbi sunt Dij eorum in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comederant adipem, & bibebant vinum libamentum*